

Compositio super decima Langow Ab-
 batis Olivensis cum episcopo Vla-
 dislaviciensi:

415.

90

Universis Christi fidelibus
 presentium notitiam habituris. Nos
 frater Stanislaus Abbas totusque
 conventus fratrum in Oliva Cyster-
 ciensis ordinis cupimus tenore pre-
 sentium fore notum. Quod cum ve-
 nerabili in Christo patre ac domino
 nostro domino Mathia Vladislavici
 ecclesie episcopo super decima villa
 nostre Langow gratiosam et am-
 cabilem querere volumus, pro ut de
 ipsius gratia consequi putamus com-
 positionem ac ordinationem DDO nobis
 ad hoc cooperante, quot si forsauq[ue]
 absit, per compositionis modum gra-
 tiam ipsius super dicta decima non
 poterimus adipisci, extunc plenaria ap-
 pellatione remota premittimus nos
 facturos, quod de iure et consuetudine
 terre pro solutione eiusdem decime sin-
 gulis annis fuerit faciendum. In au-
 ius rei certitudinem et fiduciam pleni-

pleniorum, presentem literam scribi, et
nostris sigillis appensis roborari fecim.
Datum in Oliwa anno Domini mille
simo trecentesimo quinquagesimo, in
crastino Sancti Benedicti Abbatis.
Presentibus id, Fratre Joanne Dem
mentz, Priore, Domino Paulo quon
dam Abbate, fratre Gerardo de Brun
valde, fratre Johanne de Margenbury,
fratre Arnoldo, fratre Johanne de Jun
gischch, et fratre Westone de Thorum,
et aliis nostris fratribus de conventu.